

l. urb. Germ.
790

FACULTATIS IVRIDICAE
PRODECANVS
CHRISTIANVS GOTTL. BVDER, D
CANDIDATI PRAENOBILISSIMI
CHRISTIANI NICOLAI
CARSTENS
LVBECENSIS
SOLENNIA INAUGVRALIA
INDICIT
AD D. XX. SEPTEMBRIS A. S. MDCCLVIII
PAVCA PRAEFATVS
DE
VICARIATV IMPERIALI
CVM PRIMIS LVBECENSI IN PERSEQVENDIS
ET PVNIENDIS VIOLATORIBVS
PACIS PVBLICAE.

IENAE
LITTERIS SCHILLIANIS.


Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and mostly illegible due to fading and the texture of the paper. Some words are difficult to discern but appear to include names and titles.



DE
VICARIATV IMPERIALI
IN PERSEQVENDIS ET PVNIENDIS VIOLA-
TORIBVS PACIS PVBLICAE ALIISQVE
FACINOROSIS CVM PRIMIS
LVBECENSI.




Qua consiliorum contentione et prouida cura Reges Germaniae Proceresque de constituenda conseruandaque *Pace Publica*, in perturbata saepius Patria nostra Germania, elaborarint, condocent annales et publicatae tot leges ac ordinationes, quarum praecipuas IOANNES PHILIPPVS DATTIVS in egregiis de *Pace Publica* Libris Quinque, scite conduxit ac illustrauit. Inter haec consilia et media tuendae securitatis publicae, et ad compescendos ac puniendos praedones atque piratas
a 2 alios-



aliosque salutis et quietis publicae turbatores Augustis nostris supremis in Imperio Regnoque Iudicibus, quum auctoritas Iudiciorum prouincialium et Pacis non sufficeret, placuit quibusdam Regni Germanici Ciuitatibus immediatis et quandoque etiam Prouinciarum mediatis, qui opibus, viris militaribus ingenti sumptu conductis, aliisque praefidiis praeualebant, atque ad communis patriae emolumenta, commercia exercebant, conferre singularem potestatem et praerogatiuam persequendi, capiendi et iusto iudicio puniendi quoscunque homines facinorosos atque hos inter turbatores pacis et commerciorum, atque tuendi *Stratarum Imperii*, siue *Viarum publicarum* terra, et in magnis Germaniae fluuiis securitatem. Talis potestatis praerogatiua cum primis gratiose concessa fuit potentibus et commerciis florentibus Ciuitatibus, qualis tot priuilegiis et ornamentis condecorata est *Lubeca* inter Vrbes Hanseaticas princeps. Huius enim inclitae Ciuitatis per Fridericum I. Imperatorem immediatis vrbibus Regni adscriptae, *Consulibus et Senatoribus*, *Carolus IV.* Imp. anno 1375. ipse Lubecae praesens splendidum inter Germanos *Dominorum* titulum gratiose attribuit, et quum modeste eundem deprecatus fuisset *Iacobus Pleskowius*, honoris collati rationem addidit qua motus id faceret, vti annotauit *DETMARVS Lubecensis*. * Ex eodem fonte Caesareae clementiae, profluxerat, ante annum aduentus sui in Urbem hanc insignem, nempe 1374. concessus singularis *VICARIATVS* et arduum munus: *der Verweser vnd Pfleger in tuenda Pace et Securitate*

* extat locus in ill. *IOA. PETRI WILLEBRANDT Hansischer Chronick*, Parte I. p. 45. atque

in' doctissimi CANDIDATI Specimine Inaugurali §. III. n. d.




*tate publica, Consulibus nempe Lubecensibus potestatem persequendi indagandique homines securitatis publicae hostes et alios facinoribus et Rei publicae odiosos, concedebat, * hac formula: geben euch ganze macht vnd gewalt, diemeil wir leben, und wie lange unsere Nachkommen an dem Reich, Romische Kayser und Konige das nicht wiederruffen, mit unsern briefen, das ihr selber, oder wie ir das befehlet, von unserntwegen, und gleicher weis, als wir selber, sollet und moget, ohne wiederrede und hindernusse aller menniglichs, alle schaedliche boese Leute, es sein Moerder, Brener, Land- und WasserRaeuber, Dieb, Diebinne, und alle ander Missetter, sie sein von euch oder andern vervestet oder unvervestet, in aller Fürsten, Grauen, Freien, Herren, Ritter, Knechte, Stete, Gemeinschaften, Landen, Gebieten und Begriffen, suchen, auffhalten, angreifen, vaben, schlaben, ob des nott würdet, vber sie richten, oder anders mit im thun, nachdem als sie mitt ihrer Vbelthat haben verwircket, wie ihr des zu Ratt werdet. Vnd damit sollet ihr, die vorge- nante Burgermeister, und wem ihr das empfehlet, nicht ge- than haben, noch gesprochen wieder keinen Fürsten, Grauen, Freien, Herrn, Rittern, Knechte, Stadt oder Gemeinschaft, in des oder der Lande, Gepieten, Gerichten oder Begriffen ihr solche Vbellthaeter suchett, vabet, angreiffet, schlabet, vber sie richtet, oder anders mit ihn thut, sonder ir der Radt, die Burger, die Gemeindt und Stadt zu Lubegk, mit denen Dienern, sollett darum ledig und unbeschuldet sin, und*

A 3

verblei-

* Diplomate commemorabili, quod in lucem produxit Vir illustris omni de iure, in primis Germanico atque de historia maxime promeritus Dn. CHRISTIANVS LVDO-

VICVS SCHEIDT in plenae egregiae frugis Bibliotheca Historica Goettingensi, Part. I. p. 269. seqq.




verbleiben gleicher weis und in aller der massen, als ob wir selber solche myssenthaetter und vbelthetigen Leute suchten, fingen, schlugen, oder anders mit ihn tetten, wie Wir das zu Radt werden, addita Mulcta quinquaginta Librarum Auri puri contra venientibus imponenda. Insigne sane et commemorabile testimonium fiduciae Imperialis, quam Augustus in *Lubecensium* virtutem et iustitiae promouendae amorem, posuit. Eandem in persecuendis et puniendis piratis et praedonibus ab eodem Imperatore Carolo IV. Pragae 1359. potestatem, sed ad territorium limitatam, per Priuilegium a Friderico III. a. 1468. et Ferdinando II. a. 1628. confirmatam, per Ioannem Ecclesiae Cathedralis Decanum impetrauit * celeberrimum Germaniae Emporium *Hamburgum*, extensam ad piratas in verbis: *Womit wir denn euch zugleich die freye Macht ertheilen, solche See- und StrassenReuber in eurem Territorio aufzusuchen, zu fangen und samt ihren Helffers- Helffern mit gebührender Straffe, den heiligen Gesetzen gemaeß, zubelegen, quod crebris suppliciis comprobarunt.* Simile fere sed antiquius longe Priuilegium ** sibi ab *Henrico* nempe V. Imp. concessum a *Wilhelmo* et *Wenceslao* R. R. que *Carolo* V. Imp. confirmatum adducit nobilissima Vrbs *Bremensis* itidem
Han-

* Diploma hoc extat *im Versuch einer zuverlaessigen Nachricht von dem Zustande der Stadt Hamburg* p. 269. *Ferdinandi* II. Confirmatio extat in *Rechtmaessiger Defension der Stadt Hamburg*, *ibid.* 1630. 4. edita p. 115. seq.

** quod saepius editum in scri-

ptis *Eristicis* *Archi* *Episcopi* *Bremensis* et *Ciuitatis*, e. g. *Affer-tions Libertatis Reip. Bremensis* a 1646. 4. typis impressa p. 357. cum praecuo *Commentario* pro *Ciuitate* scripto. In *Articulis Bremensium Defensionalibus et Elisi-uis* in *pro Iurisdictionis Visurgi-car*, pag. 151.





Hanseatica, in quo concesserat Imperator eis plenam et liberam potestatem pacificandi, protegendi et defendendi una cum eorum Antistite STRATAM REGIAM, scilicet WISERAM, ex utraque parte littoris a Ciuitate Bremensi praedicta, usque ad salsum mare; nec non mercatores cum suis nauibus et mercimoniis Ciuitatem praedictam adeuntes seu visitantes et ab ea declinantes; Si vero Antistitis eorum auxilium et adiutorium ad dictam Stratam defendendam habere non potuerint, ex tunc per se facere poterint pleno iure et iusto iudicio contra piratas et praedones procedendo. Huius tamen Priuilegii authentiam et protestatis adscriptae exercitium grauisime oppugnarunt, et HERMANNVS CONRINGIVS*; et ILICO VMMIVS**, Confiliarius Oldenburgicus; Bremensium vero Scriptores in causa controuersa noui Vectigalis Oldenburgici*** passim plura

* in Libro, cui index est: *gründlicher Bericht von der Landes Fürstlichen Erzz-Bischoefflichen Hoch- und Gerechtigkeit*, anno 1652. 4. typis impresso Cap. IX.

** in *Disputatione*, qua ostenditur *Bremanos ratione Iurisdictionis Visurgicae, iure nihil desiderare, quo minus Dn. Antonius Guntherus Comes Oldenburgicus &c. in apprehensa possessione Vedigalis Visurgici manuteneri et Diploma Caesareum confirmari debeat, cui subiectum Priuilegium Henrici V.*

Imp. cum critico examine, p. 103. seqq.

*** *Compara Auszug dero zwischen H. H. Antbon Günthern Graffen zu Oldenburg &c. sodann der Stadt Bremen streittigen Weser-ZollSache*, edit. 1646. 4. p. 66. seqq. Vide in *Abdruck zweyer in der Weser-ZollSachen übergebenen Schrifften*, an. 1646. 4. p. 85. 113. addantur: *Bremensium Articuli defensionales et eiusui contra Oldenburg in puncto Iurisdictionis Visurgicae* p. 66. 67.



plura exempla poena adfectorum piratarum et praedonum produxerunt. Mediterranae communis patriae Ciuitates Imperiales, quum contra suos et salutis publicae hostes, per foedera cum aliis Urbibus, per *ordinata Pacis Iudicia* *, contra inuasores non satis se tueri poterant ad exempla maritimarum Ciuitatum potestatem inuestigandi, persequendi et puniendi tales perturbatores ab Imperatoribus Carolo maxime IV. et Luxemburgicorum Caesarum temporibus impetrarunt. Sane annis 1348. 55. 59. 60. Sueuicae Ciuitates saepe diuexatae ab Imperatoribus ius conducendorum suo aere militum indeptae, potestatem simul accepere, vti AVCTOR ANONYMVS diligens et eruditus *Historiae Ciuitatis Ulmae* MSCtus, annotauit: *nicht allein in ibrem Lande, sondern auch in ibren* (perturbatorum nempe) *Laendern niederzuwerffen und Rechtmaessig zustraffen.* Tale priuilegium a Carolo IV. anno 1360. accepit laudatissima *Ulma*: *alle schaedliche Leute, auch ihre Helffer und Hauser inn und außer der Stadt allenthalben im Reich anzugreifen, niederzuwerffen in Ulm zuführen und Rechtmaessig abzustraffen.* Perillustri Ciuitati Imperii *Noribergae* idem Ius, sed cum limitatione quadam attribuerunt Fridericus III. et Maximilianus

66. 67. seqq. et *Tabula argumentorum, quibus Iurisdictio Visurgica a parte Bromaë adstruitur*, in libello qui inscribitur: *Scriptum Tripartitum in caussa Vectigalis Oldenburgensis Visurgici* p. 15.

* De quibus legi potest eruditissimus DATT de *Pace Publica* p. 233. seqq. et *Erffurtensium obnumgaenglicher Gegenbericht* contra Moguntinum a. 1646. edit. passim.



nus I. A. A. * anno 1438. Plura Urbium Germaniae immediatarum et prouincialium adduci possent documenta, quibus talis potestas non solum ab Augustis Impp. sed dominis quoque territorialibus fuit attributa, quae sancita aeterna Pace Publica, initisque cum Vicinis post grauissimas controuersias pactis et constituta firmitus Republica Germanica, cessarunt. Ea potius commemoranda sunt hac pagella, quorum causa in Academiis tales Scriptiones proponuntur, nempe honestissimi natales, vita et studiorum laudatissima ratio, quam

PRAENOBILISSIMI
C A N D I D A T I


verbis, breuiter consignata ex more damus

CHRISTIANVS NICOLAVS
CARSTENS

Lubecae anno clolcccxxxvi. a. d. xv. Kal. Mart. natus,
Patrem veneror b. MENONEM NICOLAVM CARSTENS,
Pastor. Eccles. Cathedral. Lubec. Matrem CATHARINAM,
natam TESDORPFEN; Ex Auis et Abauis gratus comme-
moro b. IOACH. HENR. CARSTENS Past. Eccl. S. Aegid.
Lubec. et b. PETRYM HENR. TESDORPF Ciuem et Mer-
b *cato-*

* Euoluc *Historiam Norimbergen-*

sem Diplomaticam p. 715. et 742.
et alibi.




catorem Lubec. THOM. CARSTENS *Symyst. primum Stolt-*
quellens. postea Archidiac. Aegid. Lubec. M. BALTH GERH.
 HANNEKENIVM *Past. Lub. Marian. PETR. HENR. TESDORFF*
Reip. Lubec. Consulem. IACOB. HÜBENS *Reipubl. Lubec. Consul.*
 IOACHIM. CARSTENS *I. V. D. et Sereniss. Duci Saxo-*
Lauenburgensi a Consiliis intimis ac Vice. Cancellarium,
postea Reipubl. Lubec. Syndic. Primarium. M. HENR.
 ENGENHAGEN *Pastor. Iacob. Lubec. et R. M. Seniore.*
 MENON. HANNEKENIVM *S. S. Theol. D. et Superintend.*
Lubec. Inter alumnos scholae Catharinianae Lubecensis re-
ceptus, Praeceptores nactus sum diligentissimos et fidelissimos
b. IOACH. HENR. RULLMANNVM, IO. DAN. MINVS,
et b. CASP. RÜETZ Cantorem. Postea Gymnasii Lubecensis
membris adscriptus Doctores inueni cum paucis comparan-
dos, Viros de republ. litteraria insigniter promeritos, IO.
DAN. OVERBECK SubRect. nunc ConRect. b. M. CASP.
FRID. LANGE SubRect. b. M. CAROL. HENR. LAN-
GE ConRect. et L. IOAN. HENR. A SEELEN Rectorem.
Horum industria ad studia praeparatus academica editis va-
riis speciminibus scholasticis Ienam petii anno 1705.
ubi Magnifico ProR. D. IOANN. AVGVSTO HELLFELDT
in numerum studiosorum receptus, Doctores inueni illustres et
excellentissimos M. PETR. HERM. BECKER et M. CHRISTIAN.
FRID. POLZ in Logica, b. M. CHRISTIAN. BASIL. BERNH.
WIDEBURG in Mathest, D. IOACH. GEORG. DARIES, in
Iure Naturae et praelect. ad Grotium de I. B. et P. IOACH.
ERDM. SCHMIDT in Histor. Imperii S. R. G. Iure pu-
blico,



blico, praelect. ad Grotium de I. B. et P. Histor. Statuum Europ. Notit. Stat. Europ. et Hist. nouissima Europ. D. CHRIST. GOTTL. BYDER in Notit. Germaniae, M. CASPAR. DANIEL. HAACK in Histor. Vniuersal. antiquiori D. IO. WUNDERLICH in Histor. Iur. et Institution. nec non arte disputandi, D. IO. AVG. HELLFELDT in Digestis et Iure Feudali, b. D. THEOD. GEORG. WILH. EMMINGHAVS in Iure Germanico, D. I. C. KOCH in Iure Canonico, D. IO. CASP. HEIMBURG in Iure Criminali, et D. PAVL. WILH. SCHMIDT in arte referendi et praxi, Priuatissimis quoque Lectionibus repetitoriis M. IOANN. NICOL. MÖCKERT ad Institut. et Digesta me multum debere profiteor. Specimina etiam quaedam Academica elaborata in lucem prodire iussi et quidem Vindiciar. aduers. obtrectat. Iuram. Religion. 1757. 4t. pl. 1 $\frac{1}{2}$. et Commentat. Iur. publ. de Praescriptione inter Gentes locum non habente 4t. pl 4 1758. Eodemque anno dissertationem Iuridic. de remed. quae pro seruandis recuperandisque impensis a bonae fidei possessore in rem alienam factis competunt a. d. VIII. Febr. Praeside D. IO. WUNDERLICH defendi, nec non societati bonarum artium, quae sub auspiciis M. IO. CHRIST. BLASCHII Phil. Fac. Adiuncti olim vigeat, per biennium interfui.

Finitis sic cum laude ac felici successu studiis Academicis, praestantissimus Candidatus honores quos Themis clargitur modeste prensans et honorificum Ordinis nostri



de egregiis legalibus doctrinis testimonium impetit eaque de causa doctas utriusque Iuris textuum interpretationes fecit susceptoque examine nobis abunde satisfecit, obtinuitque iudicium, quo ipsi promeriti honores unanimi Collegii sententia sunt decreti. In eo iam est ut publicum specimen edat, Dissertationem nempe inauguralem proprio Marte diligenter elaboratam, me moderatore collationis eruditae, eandem defensusus ad d. XX. Septembris. Ut autem Magnificus Academiae Rector, Illustrissimi Comites, Patresque Senatus grauiissimi, Hospites omnium Ordinum, nec non Generosissimi Nobilissimique Ciues et Commilitones hunc Actum sua praesentia exornare non dedignentur, obseruanter et peroficiose rogo. P. P. in Academia Ienensi sub Sigillo Facultatis ad d. XVII. Septembris A. R. S. MDCCLVIII.



